







DEI gratia  
**JANUSSIUS RADZIVIL, Dux Birza-**  
**rum & Dubinckorum, Sacri Romani Im-**  
**perii Princeps, &c.**  
**RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.**



**S**iquid est, quod homo vehementer timere, & assidue ipsi ob oculos versari debeat, & cujus quoque meditatio utilis sit, ad *διδασκαλίαν, ἐλεγχον, παιδείαν καὶ ἐπιπέθεισιν*, certè *infernus* erit, Dæmonum illud receptaculum, damnatorum colluyies, omnium suppliciorum & tormentorum theatrum, carcer, in quo novissimus quadrans persolvendus, *κἀμίνθη τῆς πυρὸς*, ubi erit fletus & stridor dentium, *τόπος τῆς βασάνου*, locus tormentorum, torcular iræ, *λύμη τῆς πυρὸς ἢ καλομένη ἐν τῷ θείῳ*, stagnum ignis, ardens sulphure, *lacus* deniq; & *locus* perditionis animæ & corporis. Licet enim in hoc universo mundi pelago, multa obveniant homini monstra terribilia; terribilissimum tamen omnium est dictus *infernus*, cujus horrorem quilibet peccatorum præ oculis habere debet assidue, ut ab eodem immunis & securus esse queat. Certè epulo ille dives, lurco profundissimus, qui propter luxum & immisericordiam ad istam Vulcani ollam delatus est, cum jam inferni supplicia, tormentorumq; gravitatem persentisceret, in media etiam flamma, fratres, quos in vivis ille reliquerat, locum sibi hunc, infernalibus cruciatibus destinatum, proponere cupiit, quippe fieri posse existimavit, ut recordatione istius diligenti & assiduâ, illi à peccatis abstinerent, inq; pœnitentiæ viam maturè reducerentur. Audivimus utique in hodierno Evangelio, quomodo Abrahamæ Patri *δοτὶ μακρόθεν* supplex factus, oraverit: *Rogo te Pater*, inquit, *ut mittas Lazarum in domum Patris mei, habeo enim quing, fratres, ut testificetur illis, ne & ipsi veniant, eis τὸν τόπον τῶν τῆς βασάνου*, in hunc *locum cruciatu*; atque ita mortuus & damnatus iste inferni memoriam fratribus & mundo commendare voluit. Verùm enim verò Abrahamæ respondet: *Habent Mosen & Prophetas*, ex quorum scriptis cognoscendum est, quæ pœnæ & qui cruciatus post hanc vitam maneat peccatores impœnitentes. Etenim Deus per Mosen de inferno ait: *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit, usq; ad infernum inferiorem*: Et per Psalmographum Prophetam Regium pronunciat: *Super impium pluet Dominus laqueos, sulphur & ignem*. Et alibi; *Sicut pecora ponentur impii in inferno, mors depascet eos, infernus erit habitaculum ipsorum, & usq; in æternum non videbunt lumen*. Hinc quoq; Christus Apostolos suos, ut à præpostero timore avocaret, monuit diligenter, quòd hunc sibi locum præ cæteris metuendis semper metuerent, & timorem Dei & inferni, cæterarum rerum omnium tremori antepone- rent, inquiens: *Timeate magis illum, qui potest & animam & corpus perdere in gehenna*. Hinc deniq; veteres:

Mors tua, judicium postremum, gloria cœli,  
 Et dolor inferni, sunt meditanda tibi.

*In infernum, igitur, descendamus viventes*, inquit Bernhardus, *ne descendamus morientes, hoc modo pii sæpè in infernum descendunt. Sicut enim assidue contemplando revivere amant gaudia cœlestia, ut ardentius ea appetant, sic & dolores inferni, ut horreant scilicet, & fugiant eos*. Atq; hæc inferni suppliciorum meditatio, cum valdè necessaria, imò utilis etiam sit, (quando quidem animas à peccando revocat, adversa æquanimitèr tolerat, atq; omnem vanitatem & inanes delicias cogit contemnere, ad pœnitentiã invitât, divinæ justitiæ metum hominibus injicit, eosq; ne in via iniquitatis ulterius procedant, impedit,) eam semper in tabella quasi depicta nobiscum circumferamus, singulis horis & momentis meditemur, imò dies noctesq; *paveamus*, ut etiam semper *carveamus*, & in cogitatione hac assidua, per meritum Christi pretiosissimum, ad peccati odium, virtutum amorem, viamq; que ad Christum, qui vera nostra beatitudo est, ducit, ingrediendam, inflammemur, quòd cum Lazaro tandem ab Angelis deportemur *εἰς τὸν κόλπον τῆς Αβραάμ*, in sinum Abrahamæ, ubi nullus Diaboli metus, insidiæ Dæmonum nullæ, terror gehennæ procul, mors neq; corporis, neq; animæ, sed immortalitatis munere jucunda & beata vita. Hæc commemorare visum fuit exordiū loco in hac intimatione, quam hæredes viri honorati, CASPARI PÖRNERI, civis & mercatoris hujus loci, submissè impetrârunt, data & præbita nobis occasione, ex hodierni Evangelii lectione & explicatione publica. Natus autem fuit piè demortuus, Eilenburgi, anno supra millesimum, quingentesimum, quinquagesimo quarto, die M. Februarii septimo, Patre Johanne Pörnero, & matre Sara, civibus illius oppidi, à quibus statim ab ineunte ætate, piè & liberaliter educatus, & in scholam Senatoriã ibidem missus, ut in ea catechetica doctrinam & literas maturè imbiberet, id quod etiam factum fuisse diligenter, & sequentibus annis piè defunctum non solum artificium aliquod in pingendis literis, sed etiam in subducendis numeris sibi comparasse, gratiosè cognovimus. Discessit autem ille, paulò post à parentibus, & primùm Torgam, deinde Lipsiam venit, & utrobique in exercenda mercatura, mercatoribus inservivit. Dehinc Servestum excurrit, & ibi quoq; apud Jacobum Schmiedt, civem & negotiatorem illius Oppidi, in tractandis & fidei suæ commissis negotiis, fidem & industriam se præbuit. Quandoquidem verò semel sibi proposuerat piè demortuus, alias invisere regiones, earumq; negotiationes diversas cognoscere, statim Hamburgum profectus est, & ibi proprias negotiationes in Hispaniam instituit, & per annos aliquot feliciter, non tamen sine molestia, continuavit. Quam ob causam etiam Lisybonam ipse concessit, ut coram superesset rebus & negotiis suis, easq; commodè & utiliter ageret. Sed postea à mercatura ad militiam animum adjunxit, & sub Duce Hieronymo, Comite à Ladron, in castris militavit per annos plures, & præclara stipendia meritis, tandem etiam Capitanus factus, ob insignem animi fortitudinem nominis famam sibi comparavit singularem. Pertæsus autem militia, patriam repetiit, & reversus demùm Lipsiam venit, anno supra millesimum, quingentesimum, octuagesimo septimo, cumq; vidua, tum temporis, honorata CASPARI Steringers nuptias celebravit, & triennium in conjugio vixit amico. Ea autem defuncta, anno supra M. D. II XIX. deinceps per annos viginti in viduitate permanfit, & post illud tempus ad lecunda vota transiit, junctus conjugio virginis ESTHER, Dn. VALENTINI Pethurs/Inclyti Ducatus Borussiae Camerarii, filie, cum qua itidem vixit in conjugio honesto quinquennium, pater factus unius masculi & foemellæ, de quibus adhuc filia superest, filius verò anno supra 1614. hunc patrem suum in vitam alteram & beatitudinem sempiternam morte quasi præmatura præcessit. In reliqua vita, *ὁ μακαρίτης*, ita sese exhibuit, ut in primis salutis suæ memor, media à Deo præscripta non respueret, audiendo nimirum verbum divinum assidue, utendo etiam quotannis aliquoties cum reverentia, attentione & devotione singulari, sacratissima Domini Cœna, & repetendo ac ruminando cum suis domi, quæ publicè in congressibus Ecclesiasticis perceperat, erogando item elemosynas pauperioribus, nec non precibus pro sua suorumq; salute & communi utilitate insistendo. Præterea crucis expers non vixit, imò sæpiusculè propriis etiam facultatibus, ut proximo auxilio esset, unam vel alteram molestiam sibi accersivit. Morbum quod spectat, fuit ille paralytis subita membrorum in parte corporis dextera, quæ septiduo abhinc, die videlicet Lunæ, à meridie circa horam tertiam & quartam, ita eum oppressit, ut ne unicum membrum in dicta parte, multò minus verò, lingua suum facere potuerit officium. Nihilominus in præsentia ministri Ecclesiæ, precibus ad Deum ab ipso fufis, oculis, manibus & nutu sese ea omnia benè intelligere, inq; verâ fide & agnitione Christi ad finem vitæ usq; perseveraturum esse, abundè testatus est, & ita medias inter preces astantium animam Sospitatori suo, die abhinc quarto, circa quintam vespertinam reddidit, superato anno septuagesimo quinto, & mensibus quibusdam. Anima, Christi redempta sanguine, sine dubio in Abrahamæ requiescit sinu: Corpus verò emortuum hodie usitatis funerum ceremoniis, ad communem ex ædibus piè defuncti efferetur sepulturam. Cui deductioni, ut intersint cives Academici, gratiosè mandamus & volumus. PP. 7. M. Junii, Anno Christi *ωαίηθ* M. DC. XXIX.

L I P S I Æ, Typis exscribat GREGORIUS Risch.




609. *Handwritten text in a medieval script, likely a Latin manuscript. The text is arranged in a single column and contains various words and phrases, some of which appear to be names or titles. The script is dense and characteristic of the late medieval period.*

*Faint handwritten text or a watermark, possibly indicating a date or a specific reference within the manuscript.*

610. *Continuation of the handwritten text from the previous page, showing the same dense medieval script.*









DEI gratia  
**JANUSSIUS RADZIVIL, Dux Birza-**  
 rum & Dubinckorum, Sacri Romani Im-  
 perii Princeps, &c.

**RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.**

I quid est, quod homo vehementer timere, & assidue ipsi ob oculos versari debeat, & cujus quoque meditatio utilis sit, ad *διδασκαλίαν, ἔλεγχον, παρηγορίαν καὶ ἐπινοήσασθαι*, certè *infernus* erit, Dæmonum illud receptaculum, damnatorum colluvies, omnium suppliciorum & tormentorum theatrum, carcer, in quo novissimus quadrans per-  
*σολυένδιος καὶ αὐτῶν τῆς σπουδῆς ἡμῶν ἐπιφλέτις* & stridor dentium. *τάπεινα ἔβασανος* locus tormentorum, anima & corporis. Licet

libilissimum tamen omnium  
 tuè, ut ab eodem immunis &  
 & immisericordiam ad istam  
 rferntisceret, in media etiam  
 upiit, quippe fieri posse exi-  
 lucerentur. Audivimus uti-  
*ut mittas Lazarum in domum Patris*  
 tuus & damnatus iste inferni  
 n & Prophetas, ex quorum  
 Etenim Deus per Mosen de  
 Prophetam Regium pronunciat:  
*Super impium pluet Dominus laqueos, sulphur & ignem. Et alibi; Sicut pecoraponentur impii in inferno, mors depascet eos, infernus erit habitaculum*  
*iporum, & usq; in eternum non videbunt lumen.* Hinc quoq; Christus Apostolos suos, ut à præposito timore avocaret, monuit diligenter,  
 quò hunc sibi locum præ cæteris metuendis semper metuerent, & timorem Dei & inferni, cæterarum rerum omnium tremori antepone-  
 rent, inquit: *Time te magis illum, qui potest & animam & corpus perdere in gehenna.* Hinc deniq; veteres:

Mors tua, judicium postremum, gloria cæli,  
 Et dolor inferni, sunt meditanda tibi.

*In infernum, igitur, descendamus viventes, inquit Bernhardus, ne descendamus morientes, hoc modo pii sæpè in infernum descendunt. Sicut enim aspi-  
 due contemplando revivere amant gaudia cælestia, ut ardentius ea appetant, sic & dolores inferni, ut borreant scilicet, & fugiant eos. Atq; hæc inferni  
 suppliciorum meditatio, cum valdè necessaria, imò utilis etiam sit, (quando quidem animas à peccando revocat, adversa æquamiter tole-  
 rat, atq; omnem vanitatem & inanes delicias cogit contemnere, ad pœnitentiam invitat, divinæ justitiæ metum hominibus injicit, eosque,  
 ne in via iniquitatis ulterius procedant, impedit.) eam semper in tabella quasi depicta nobiscum circumferamus, singulis horis & momen-  
 tis meditemur, imò dies noctesq; paveamus, ut etiam semper caveamus, & in cogitatione hac assidua, per meritum Christi pretiosissimum,  
 ad peccati odium, virtutum amorem, viamque, quæ ad Christum, qui vera nostra beatitudo est, ducit, ingrediendam, inflammemur, quò  
 cum Lazaro tandem ab Angelis deportemur *εἰς τὸν κόλον* & *Αβελάρου*, in sinum Abrahamæ, ubi nullus Diaboli metus, insidiæ Dæmonum nulla,  
 terror gehennæ procul, mors neq; corporis, neq; animæ, sed immortalitatis munere jucunda & beata vita. Hæc commemorare visum fuit  
 exordii loco in hac intimatione, quam hæredes viri honorati, CASPARIS PÖRNERI, civis & mercatoris hujus loci, submissè impetrarunt,*



flamma, fi  
 stimavit,  
 que in ho  
 mei, habeo en  
 memoria

